

eum consensu patrum vocalium ibi pro electione facienda conuenientium. Indic- tis enim Capitulis poterunt reseruari alii casus à supra dictis [etiam eiusdem mate- rię supra dictorum casuum,] vt puta in ma- teria Lapsus carnis: possunt reseruari etiam tactus impudici: Supra dictis tamen casi- bus semper firmiter manentibus, & in nul- lo mutatis. Hęc refert Frater Emanuel Tom. 1. Quęstionum regulariũ quęstio. 21. art. 2. vbi etiam dicit prædictam Clemen- tis constitutionem non esse receptam in no- stra Religione, cum sepe contingat casus euenire particulares, qui propter bonum re- gimen statim ante Capitulum, aut Genera- le, aut Prouinciale necessario sunt reser- uandi, nam si non statim reseruarentur, in magnum vergeret Religionis incommo- dum. Et cum multi sint Prælati Conuen- tuales quin etiam & Prouinciales, qui prop- ter defectum etatis, & experientię in Reli- gionibus non habent eam maturam pru- dentiam, & Consilium, scientiam, & ze- lum, quę ad huiusmodi reseruationem re- quiruntur, vt cedat in ædificationem & augmentum Religionis: ideo Sanctissimus Do-